

2506.

1325 d. 26 Mars.

Riseberga.

HÅKAN JONSSON LÄMA erkänner sig vara skyldig Abbedissan Rangfrid i Riseberga kloster 60 mark penningar till en nunnas underhåll och 20 mark för en gård som han köpt, för hvilken skuld, som på bestämda terminer skall återbetalas, han pantsätter sin gård Hammar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus HAQUINUS JOANSSON dictus LÆMA. Salutem in domino sempiternam Tenore presencium recognosco me teneri firmiter obligatum reuerende domine Domine Rangfridi abbatisse in rysæbergh in sexaginta marcis denariorum, racione prebende vnius virginis, et in viginti marcis denariorum pro vna cortina quam de ipsa emi., Viginti marchas de eisdem in quindena post pascha et viginti in natiuitate beati johanis baptiste me promitto soluturum, Quatraginta vero marchas residuas ante natiuitatem domini proximo iam venturam ad placitum et beneuolenciam ipsius domine .R. soluam ut prius est pretactum, Si vero interim me decedere contingat extunc curia mea hamar predicte domine .R. cedat racione pignoris quousque predicte pecunie summa per meos heredes fuerit integraliter persoluta. In cuius recognicionis et inpignoracionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum, in rysabergh Anno domini M^o CCC^o XX^o V^o in crastino anunciacionis beate virginis.

På fränsidan: littera de hamar wermelandie.
Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

2507.

1325 d. 31 Mars.

ULFHILD RANGVALDSDOTTER gifver med sina bröders, Magnus och Håkan Rangvaldssons, bifall till Riseberga kloster, der hon aflagt löfte och valt sitt hem, sin gård Dvergstorp, med förbehåll att hon till döddagar, jemte tvenne gossar och en tjensteflicka, skall af klostret uppbära hvad som Abbedissan Rangfrid och Konventet henne lofvat.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris, WLUILDIS RANGUALZ DOTTER, salutem in domino sempiternam, Quoniam status hominum motu multiplici varietur, et labilis sit humane mentis memoria, saniori consilio ac stabiliori cautela prouidendum est, vt ea que sollempniter geruntur, viuaci litterarum memorie commendentur, Vnde nouerint vniuersi tam presentes quam posteri, quod ego wluildis, cum venenerabili Domina. Domina Rangfridi abbatisa in rysebærgh et conuentu ibidem, vbi sollempne votum feceram et perhennem elegeram mansionem, Consilio et assensu dilectorum germanorum meorum. Magni. et haquini. rangualzsson, tale pactum feceram et perpetuam stabilitatem, videlicet vt curiam meam Duærghxthorp cum om-